Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Confessio passionis sancti Pauli qui passus est III. idus decembris

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

di cum ex praeceptiſ ricciouari praefecti ſaeuiſſi
mi ſub cuſtodia ducerentur · celebri exultatione
pergebant gaudenteſ quia pro xpi nomine dig
ni erant tormenta perpeti · Cumq; a loco u
bi conprehenſi fuerant uno fere miliario aut
circiter ampliuſ properaſſent · famuli di fide
conſtanteſ · genibuſ humo proſtrati · ſurſum
corda ſuſpendenteſ ad ethera · lacrimabili pre
ce ſupplicabant dnm dicenteſ · Dne ihu xpe lu
men uerum quieſ & quietaſ ante diſpoſitione
mundi · qui caelum palmo metaſti · & terram pugil
lo · qui ſedeſ ſup cherubim & reſpicis abyſſoſ ·
qui produciſ uentoſ de theſauriſ tuiſ · qui ſolem
tuum oriri faciſ ſup bonoſ & maloſ · & pluiſ
ſup iuſtoſ & iniuſtoſ · te deprecor aie dſ in ue
ritate quem confitemur & credimuſ · quem cer
nere deſideramuſ ex toto corde & ex tota anima
nra · ſuſcipe ſpm noſtrum · ne derelinquaſ noſ in ſem
piternum · qui regnaſ cum patre & ſpu ſco in ſaecu
la ſaeculorum amen · & cum hanc orationem compleſ
ſent · uoce intrepidi ricciouaro dixerunt · Iniuſte
rapax conſciuſ malorum diabole incraſſator ſecu
li · iam qualem uiſ in noſ exercere · tu ndicam · nec
permanendo moraſ diutiuſ innectaſ · Tunc riccio
uaruſ nimio furore permotuſ iuſſit ut in naribuſ
& aurib; eorum tarincaſ immitti · & cum clauoſ can
denteſ capita eorum tranſfigi praecepit · ut loquen
di nullam haberent uirtutem · oculoſq; eorum iuſ
ſit euelli · Idem uero ricciouaruſ crudeliſſimuſ
carnifex · demonio exagitatuſ ſpu · traiecta a
manu iacula ſcorum corpora uulneranda direxit ·
atq; ilico capita eorum amputare praecepit ·
Cum haec quippe ita peracta fuiſſent · ricciouaruſ
ſceleratiſſimuſ perſecutor · quaſi de quadam plau
denſ uictoria ambianenſium urbem efferoreſt cor
de ingreſſuſ · moxq; ultione diuina percuſſuſ
inſano repletuſ ſpu · & per totam ciuitatem coe
pit clamare & dicere · heu me quid agam · aut qd
faciam · quia ſcoſ di fauſtinum & uictoricum quib;
dira intuli ſupplicia · intolerabili crucior poena ·
Eadem uidelicet die qua ſci di martyreſ palmam

ſunt adepti · tam ingenſ fulgor luminiſ ſuper ſcorum
corpora coruſcauit · ut illi qui aderant in more ſo
lito geminam cernerent diei claritatem · Nam
illum · quem dnſ per ſcoſ ſuoſ dignatuſ eſt praebe
re miraculum · ne ſilendum praeter eam praeter
eam ueridica rationem predicam · Quia dum ſcorum
martyrum cadauera abſciſiſ capitib; iacerent
truncata · curſu ſe diuino inruente ſpu · geſtan
teſ manibuſ propria capita · ad ſepulchrum beati
gentiani martyriſ greſſu ſemigero peruener ·
Ut quem exhortando adepti fuerant comitem · cum
eodem ſimul dormirent in requie · Et quorum
animae inclusi caeleſtiſ inhabitabant manſionibuſ
inſeparatiſ in terriſ requieſcerent corporibuſ ·
Nam nulla mens de hoc debet ambigere miracu
lo · quia ipſe poteſt peremptiſ corporibuſ gran
de greſſum reddere · qui diſcipulum imperauit
ſup undaſ aequoreaſ pedib; ambulare · Sed cum
peracta dieſ curſum declinaſſet ad ueſperum ·
etiam mox ad eraſpolum ſubiecta teneret · mox
xpiani credulissimi uiri clam pergenteſ lane
re · ad locum in quo ſcorum martyrum corpora iace
bant exanimeſ peruenerunt · atq; intra ipſa noc
tiſ ſilentia ſcorum martyrum carpenta ſubſcripte
tegmine occulto tumulo condiderunt · Hi itaq;
martyreſ ſub die tertio iduum decembrium glo
rioſam adepti ſunt coronam martyrii · praeſtan
te dno nro ihu xpo qui uiuit & regnat dſ per om
nia ſaecula ſaeculorum · amen · ET UICTORICI ·
EXPLICIT · PASSIO · SCORUM FAUSTINI ·

xxiiii

INCP · CONFESSIO · PASSIONIS · SCI · PAULI ·
QUI PASSUS EST · III · IDUS · DEC ·

Cum apud urbem romam quondam ſacrilego
principe iudicib; ſuiſ in xpianoſ perſecutio
niſ data fuiſſet auctoritaſ · & uniuerſa corpora
ſca famelici caniſ rabieſ deuoraret · inter plurimaſ
confeſſorum & martyrum turbaſ · beatiſſimum pa
pam noſtrum paulum · dudum deuotiſſimum
militem xpi et fortem praeterire tantae uicto
riae pugna illa non paſſa eſt · Accinctuſ religi
oniſ mucrone deuotioniſ clipeo · fidei lorica &

· menſuſeſ

galea confessionis ornatus. Xpm qui est caput
nrm ante ipsius concertationis euentum ualidis
sima clangoris sui tuba confessus est. Territa
gentilitatis inmanitas ad fragilissima crudelita
tis suae se arma conuertit. ut fortissimum uiru
terrore & seuitia uincere sepe tentar&. Quem
superare uirtute non poterat. diu macerat fa
mis squalore custodie. deinde uariis tormen
torum generibus affligit. cuius cum roboris
fidem crescere uider& a poena & tormentoru
feritate fieri fortiorem. Inauditum suppliciorum
genus nequitia diaboli exquisiuit. Inuenit exercu
it. ut in ea parte corporis di famulum lacerar&
ex qua edere erat solitus diuinarum seriem litte
rarum. Nam poene uexationem post omnium
membrorum acutis cannarum sudibus. eius ceri
bus unguibus digitos eius manusq. dilacerat.
ut ne grauioribus doloribus uictor gloriosior
in uictoria sua confessor existeret. Et cum mul
ti sint id temporis & iam in leuioribus suppli
ciis martires facti. hunc uirum nobis ac paren
tibus nostris specialiter dns reseruauit. Cuius
nutu ordinatus eps uenir& ad gallias. ut dura
ad credendum cunctorum corda molliret &
suaue iugum dni suscipere& uirtutum suarum
mirabilibus persuader&. Nam cum sacerdos
atq. confessor ad ciuitatem betturensem tum
temporis aduenisse&. & quae adhuc nota non erat
ecclesiam fabricasse& & consecrasse& altaria. diu
no functus sacerdotio primum catheram sedit.
ordinauit sci ministeria. di populum conquesi
uit. Denique in nullis ciuitatibus aut eorum ter
ritoriis tanta monasteria ecclesiae. aut orato
ria extitisse creduntur. quanta in eadem ci
uitate quae cum magnitudine parua sit grandis
esse religione adprob&ur & fide. Cuius cum ma
gisterio infidelitas decresceret & cresceret fi
des. conuersa narbonensium sup stitio. que ad
huc diuersorum templorum & capitolii ambi
tione poller&. legationem mittit. religionem de
siderat habere. ecclesiam concupiscit.

Itaq. ordinato in locum suum sco afrodisio episco
po. ad hanc tunc urbem uenit. ac primum an
te ecclesiam seniorem. quae nunc est paruulu
oratorium consecrat. deinde ab albolas eccle
siam construit. in qua hodie requiescit. Cui
cum duo diacones sui ante eius lectulum clan
culo calciamenta muliebria proiecissent.
atq. hoc inrisionis causa fecissent. euocatis qui
adhuc pauci erant epi gallicanis in ecclesia
de qualitate facti uoluit iudicare. Et cum p
triduum fuisse& procrastinata cognitio. & die
ac nocte in culmine aedis ipsius aquila missa di
nutu sui neq. ·fer(i)d(i)gal· exterrita disceder&. quin etiam
escam coruo deferente suscipere&. & ad mi
raculum aquilae & sententiam sacerdotum
adfatim xpianorum turba concresceret. tertia
die scs papa noster paulus indicit orationem
populo & consacerdotibus suis. ut manifestar&
ds aut eorum adsertiones aut suae meritum
uitae. Et dum orationi ingemesceret. correp
ti diacones furore linfatico. inter inuisibilia
tormenta clamabant factionem se per inuidi
am epo uoluisse confingere. quia pro inconti
nentia eos saepius castigar&. Et cum grauiter
eiularent non posse se iam sustinere supplicia.
Iterum rogat sacerdotes & populum. ut pro e
orum absolutione dnm rogarent. Indignum se
dicebat sacerdotio. hi si qui pro sua innocentia
fuissent adrepti. non absoluti fuissent precibus
suis. & ecce rursus dum proclamar& ad dnm ab
soluti a daemonibus. uniuersa quae contra sacerdo
tem suum moliti fuerant coeperunt confiteri.
Itaq. prouoluti epi qui conuenerant cum uni
uersa plebe eiusdem pedibus. rogabant pro e
o quod dubitauerant. ut interueniret apud
dominicam pi&atem. quibus peractis aquila
orientem uolatibus petens discessit a culmine.
O mirificum sctitatis documentum. qui confessio
nis palmam & sacerdotii coronam merue
rat. per ministros suos temptatur a diabolo.
Nec mirum si insidiar&ur famulo. qui dnm temp

pha

tauit Inludere. Sed pro nequitia ſua cum hiſ
quoſ circum uenerant Inter illa que ſcrip
ta ſunt tormenta ſoluit debitaſ poenaſ. ut
quod confeſſori &iam ſacerdoti Intulerat.
ipſe pater&ur. Hæc obſequentium feſta mi
raculi relatione & fide ſeniorum In poſte
rum miſſa. non ſolum duæ ciuitateſ quib.
In ſacerdotio præfuit. ſed & urbſ romana ubi
[..]pſuſ eſt Immo uniuerſuſ orbiſ. In quem uirtu
tum ſuarum fama peruenit. huiuſ ſcę diei
l&itiam ſci deuotione concelebr&. ut quiq;
tanti uiri commemorationem *fecerit.* eiuſdem meritiſ
repenſanſ. apud ſummam dni maieſtatem
orationibuſ ſuiſ Interuenire dign&ur. qui
uiuit & regnat In ſecula ſeculorum. amen.
EXPL. CONFESSIO. PASSIONIS. SCI PAU
LI PAPAE.

INCIPIT. PASSIO. SCI. IGNATII. EPISCOPI. ET MARTYRIS. QUI PASSUS EST SUB TRAIANO PRINCIPE. ROMAE. XVI. KL. IAN.

Ignatiuſ epſ & martyr qui tertiuſ antiochię
poſt p&rum apoſtolum rexit eccleſiam.
quem ſermo tradidit deſiriæ partibuſ ad
urbem romam tranſmiſſum. & pro marti
rio xpi *damnatum* ad beſtiaſ. Qui cum per aſiam ſub
cuſtodia nauigar& ſingulaſ quaſq; digredi
enſ ciuitateſ eccleſiæ. populoſ euangelicis
cohortationibuſ edocebat In fide perſiſte
re & obſeruare ſe ab hereticorum conta
giſ. qui tunc primum copioſiuſ coeperant
pullulare. & ut diligentiuſ ac tenaciuſ a
poſtolorum traditionib. Inhererent. quaſ
traditioneſ cautelæ gratia & ne quid apud
poſteroſ reman&r Incerti. &iam ſcriptaſ
ſe adſerit reliquiſſe. denique cum ſmyrnam
ueniſſ&. ubi erat policarpuſ. ſcripſit Inde
unam epiſtolam ad effeſioſ. eorumq; paſto
rem In qua meminit & oneſimi. Aliam
magneſiæ ciuitati. quæ ſupra menandrum
iac&. In qua & epi damei mentionem facit.

Sed & eccleſiæ que eſt trallis ſcribit. cuiuſ prin
cipem tunc eſſe polibium deſignauit. Inea uero
quam ad romanam eccleſiam ſcribit. deprecatur
eoſ ne ſe tamquam ſuppliciſ ſuiſ parcenteſ ue
lint ſpe priuari martyrii. & hiſ poſt aliquan
ta utitur uer bis. a ſyria Inquit romam uſq;
cum beſtiiſ. terra mariq; depugno. die ac nocte
conexuſ & conligatuſ decim leopardiſ. militib;
dico. ad cuſtodiam datiſ. qui & beneficiiſ noſ
triſ ſeuioreſ fiunt. ſed ego eorum nequitiiſ
magiſ erudior. nec tamen In hoc iuſtificatuſ
ſum. O ſalutareſ beſtiaſ quæ præparantur
mihi. quando uenient. quando emittuntur.
quando eiſ frui licebit carnibuſ meiſ. quaſ
& ego opto acrioreſ parari. & inuitabo ad
deuorationem mei. & deprecabor ne forte ut
In nonnulliſ fecerunt. timeant contingere cor
puſ meum. Quin immo & ſi cunctabuntur. ego
uim faciam ego me Ingeram. date queſo ueniam.
ego noui quid expediat mihi. Nunc Incipi
o eſſe diſcipuluſ xpi. ceſſ& Inuidia uel huma
ni affectuſ uel nequitiæ ſpitaliſ. ut ihm xpm
merear adipiſci. Igneſ. cruceſ. beſtiæ. diſper
ſioneſ oſſium. diſcerptioneſq; membrorum ac
totiuſ corporiſ poenę. & omnia In me unum ſup
plicia diaboli arte quæſita conflentur. dummo
do ihm xpm merear adipiſci. Hæc & multa
alia hiſ ſimilia ad diuerſaſ eccleſiaſ ſcribit. ſed
& ad policarpum uelud ad apoſtolicum uirum
datiſ litteriſ antiochenam ei eccleſiam præci
pue commendat. Ad ſmyrneoſ ſane ſcribenſ
utitur uerbiſ quibuſdam. unde adſumpſeriſ ne
ſcimuſ quib. hec de ſaluatore proſequitur.
Ego autem poſt reſurrectionem quoq; In carne
eum ſcio fuiſſe & credo. Nam & cum ueniſſ&
ad p&rum & ceteroſq; ait eiſ. Accedite & uid&e
quia non ſum dæmonium Incorporeum. qui
& contingenteſ eum crediderunt. Scit autem
& ireneuſ martyrium. & mentionem facit ſcrip
torum eiuſ per hæc uerba. Sicut dixit Inquit
quidã ex noſtriſ pro martyrio xpi damnatuſ ad beſtiaſ.